 iterimit spēs. r nō ecōuerso. qd vtiqz vep. est de dīa in  
 termedia r cōi q in plurib<sup>o</sup> spēs iuenit. vñ exēplificat d  
 rōnali q s. eū est dīa boies r dei. loquēdo aut de dīa vl  
 tima illa solū est r nō est cū spē. cū sit cōuertibilis ipsi spēi  
 ¶ 4<sup>o</sup> accipit penes realitatē cōcipiēdi que ponit (Am  
 plius qdē) r ē qd dīa nō cōponit. r ē cōponibilis alteri.  
 qd vtiqz vep. est de dīntys subordinatis vt iferioz supe  
 rioz. r nō de duabus ex opposito diuisis. licz. n. rōnale r  
 mortale. si mortale sit dīa. sint filcōponibiles in eodez.  
 nunq tū rōnale r irrōnale q ex opposito diuidunt. spēs  
 aut nunq cōponit spēi ad gignendū r stituedū aliqua  
 spēm. s. duo idiuidua duaz spērū cōcurrere possint effe  
 ctive ad gignendū tertū idiuidū alteri<sup>o</sup> spēi. vt qdaz eq  
 cuidā afino permisceat ad mult gnationes. nunq tū spēs  
 equi spēi afini pmisceat. ¶ Sequit illa pars.

¶ Differentia vero r ppriuz cōe qdem habent  
 equalr participari ab his que eozū participat.  
 Equalr enim rōnalia rōnalia sūt. r rīfībilia rī  
 fībilia sunt. r semp r omni adesse cōmune  
 vtriusqz est. Si enīz curretur qui est bipes nō  
 substantia perimitur. sed id ad qd natuz est di  
 citur semp esse. nam rīfībile ad id ad qd natū  
 est dicit semp eē. s. nō in in eo q semp rideat.

¶ Ubi cōparat dīa ad ppriū. Circa qd. z. facit. p cōpat  
 penes vniētā. s. penes dīa ibi (ppriū vō dīe) i p<sup>o</sup> pre  
 ponit. r. vniētias. P<sup>o</sup>ima attendit penes eqlitates p<sup>o</sup>  
 cipadi r ē qd tā dīa qd ppriū eq<sup>o</sup> p<sup>o</sup>icipant ab his q sūt  
 eoz. i. ipsa p<sup>o</sup> cipat. for. n. r plo equalr sūt rīfībiles r rōna  
 les. ¶ Scda accipit penes vltatē inessendi q ponit ibi  
 (r semp oī) r est qd tā dīa qd ppriū semp sūt oib<sup>o</sup> p<sup>o</sup>ten  
 sis. sicut bipes q est dīa. r rīfībile qd est ppriū. semp sūt  
 r oī boi. qz nō semp bō rideat aut sp<sup>o</sup> heat duos pedes.  
 puta si curretur vno pede. vel ambob<sup>o</sup>. semp est tū aptus  
 ad vtrūqz. r ita aptitudo que semp manet in suba est for  
 ma p<sup>o</sup>ppriū r differentia. vel saltēz illud est dīa in quo sun  
 datur talis aptitudo. vel illud qd per talem aptitudines  
 circūloquit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propriū aut r differentia differunt. quo  
 niam hec de pluribus spēsibus dicit sepe. vt ra  
 tionale de homine r de deo. ppriū vero de  
 vna sola specie cuius est ppriū. Et differen  
 tia qdem in illis est psequens quozuz est diffe  
 rentia. sed non cōuertitur. Propria vero cor  
 uerfum predicant de his quozum sunt ppria.  
 Idcirco cōuertuntur.

*Sepe vices  
 legenduz*

¶ Assignat. z. dīas iter ppriū r dīaz. ¶ P<sup>o</sup>ima attendit pe  
 nes vltatē pdicadi. r est. qd dīa semp pdicaf de plib<sup>o</sup> spēs  
 bus. r dicit semp. qz bō nō est vep nisi de dīa intermedia r  
 cōi. vt rōnale fm eū dī de boie r de deo. ppriū vō nō pdi  
 cat nisi de vna spē cui<sup>o</sup> est ppriū. ¶ Scda attendit pe  
 nes vueritilitatē psequēdi que ponit ibi (r dīa qdēz)  
 r est qd dīa segt ad quālibet spēm cui<sup>o</sup> est dīa. s. nō vuer  
 tit. vt si bō est. rōnale est. r nō vuerit fm euz. s. ppriū  
 vueritilit pdicaf de spē. r logē sicut p<sup>o</sup> de dīa interme  
 dia r cōi. qz loquēdo de dīa vltima ipsa vtiqz vueritibi  
 lis est cū spē vt dicitur est. ¶ Segtur illa pars.

¶ Differentie vero r accidenti cōmune qdem  
 est de plurib<sup>o</sup> dīci. cōmune vero est ad ea que  
 sunt inseparabilia accidentia semp r omnibus  
 adesse. bipes enim semp adest hominib<sup>o</sup> oib<sup>o</sup>.  
 nigrum omnibus coruis.

¶ Ubi cōparat dīaz ad accidēs. Circa qd duo facit. p cōpar  
 rat penes vniētā. 2<sup>o</sup> penes dīa ibi (differt aut) In p<sup>o</sup>  
 pte ponit duas vniētias. P<sup>o</sup>ima accipit penes idētita  
 tem pdicadi r est qd tam dīa qd accidēs de plib<sup>o</sup> pdicant. r  
 B qdē cōe est oib<sup>o</sup>. s. vt superius fuit dcm. scda accipit pe  
 nes sempiternitatē inessendi que ponit ibi (cōe vō) r est  
 qd tam dīa puta bipes qd accidēs nō omne. s. inseparabi  
 le semp in oib<sup>o</sup> in sunt vt nigruz semp inest omni coruo r  
 bipes quoz p<sup>o</sup> p<sup>o</sup>imū accidēs inseparabile est reliquū vt dis  
 ferentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Differunt autē quoniam continet r nō con  
 tinetur differentia. continet enim rationalitas  
 hominem. Accidentia vero quodāmodo con  
 tinent r cōtinentur. continent quia in pluribus  
 sunt. continentur eo q non vnus accidentis su  
 sceptibilia subiecta sunt sed plurimoz. Et dif  
 ferentia quidez intensibilis r remissibilis non  
 est. Accidentia vero magis r minus recipiunt.  
 Et impermitte quidez sunt contrarie differen  
 tie in vno subiecto vel constitutione. Adīta  
 vero cōtraria accidentia sunt. Dmuismodi qui

dem cōmuniones r proprietates differentie r  
 ceterozum sunt.

¶ Ponit. 3. dīas iter ipsa. P<sup>o</sup>ima accipit penes modū cō  
 tinēdi. r est qd dīa rōnet spēs r nō rōnet. accidēs vō cōti  
 net r rōnet. rōnet qdē quatenus pōt eē in plurib<sup>o</sup> subie  
 ctis. s. rōnet quatenus plura accidentia pōt eē in eodem  
 subo. ¶ Notādū qd rō bui dicitur est. qz cōe oē cōtinet oia  
 qd est cōe. dīa ergo itermedia r cōis dī spēs continere.  
 accidēs vō p<sup>o</sup> qto idē pōt eē in plib<sup>o</sup> subiectis dī illa plu  
 nere. qz ipis cōe. s. p<sup>o</sup> qto idē subm est susceptibile plu  
 riū accidentiū dī accidētia rōnere. qz ipis est cōe. ¶ Scda  
 accipit penes gradū cēndi q ponit ibi (dīa qdē) r est. qd  
 dīa nec itendit nec remittit. accidētia vō recipiūt magis  
 r minus. ¶ 3<sup>o</sup> accipit penes modū cōsentiēdi q ponit ibi  
 (r impermixte) r est. qd dīe hīc nunq pmisceat. s. acci  
 dētia hīc sunt pmixta. rō. s. mō quo mediū dī cōponi ex  
 extremis. vt rubeū ex albo r nigro. r acre ex dulci r ama  
 ro. ¶ De mō aut quo extrema sunt in me<sup>o</sup> r vtrū accidētia  
 media sint forme eque simplices sicut extrema alterius  
 est speculationis. qd tū sit. p<sup>o</sup>phy. logtur fm opiones  
 vulgatā que dicit formas medias realr mixtas r cōposi  
 tas ex extremis. ¶ Ultio epilogat dī. qd cōitates r pro  
 prietates dīe r ceteroz vltuz b<sup>o</sup> sunt que dicta sunt.

**Quia** in superiorib<sup>o</sup> dicitur est qd genus pdicaf in qd  
 moueo istā qōnē quā alibi ptermisi. Utrū pdi  
 cari in qd vniēnter ponat in dīfōne p<sup>o</sup>ntis. Ar. q. nō. qz  
 illud pdicaf in qd p qd vniēnter rīdet ad iterrrogatō  
 nem factā p qd. vt supra dicitur est. s. bō nō est gen<sup>o</sup> hō dīfī  
 nitū. g. rē. mi. ps. qz siue qra de re qd est. siue de itētionē  
 r genus sic sumptū dīfīnit. h. vt dicitur est p<sup>o</sup>ntis. res enim  
 aut itentiospēi nō est itentio q est gen<sup>o</sup>. ¶ P. illa p<sup>o</sup>ntis  
 ponit ad distinguendū genus a dīa. s. nō dīfīnit. g. rē.  
 pbatio mi. qz dīa superior dī de inferiori per se r p<sup>o</sup>ntis  
 modo. ex. 7. meta. r nō sicut dīa. qz tūc superior p<sup>o</sup>ntis  
 de inferiori in qd. nam. 7. meta. dī qd fīfio pedis est pe  
 dalitas. ¶ P. illa particula ponit ad distinguendū gen<sup>o</sup>  
 ab accidēte. s. nō dīfīnit. ergo frustra ponitur. pbatio  
 mi. qz accidēs pdicaf in qd. in omni enim genere est re  
 perire qd. ex p<sup>o</sup> top. ¶ In oppositū est p<sup>o</sup>ntis. ¶ R. dī  
 deo dīcedum qd vniēnter ponit. Qd sic ps. qz pdica  
 ri diuidit per pdicari in qd r in quale tanqz per p<sup>o</sup>ntis  
 modos pdicadi. igit per illā dīcedit vniēnter in spēs.  
 genus aut non pdicaf in quale. ergo in qd. ¶ Ubi itelli  
 gendum qd pdicari in qd est pdicare eēntiam per modū  
 eēntie. r hoc cōpetit generi. qz genus sumit a parte māli.  
 r ideo pdicat eēntiaz p modū subsistētis. qui est modus  
 eēntie. ¶ Per oppositū aut accipitur dīa a parte for  
 mali. r ideo predicat eēntiam per moduz qualificantis.  
 r infor. mātis. r ideo in quale. ¶ Et nota qd qualitas que  
 est pdicamentum ex hoc qd importat formam pdicaf in  
 quale absolute. sed differentia substantialis non predicatur  
 in quale absolute. sed in quale qd. hoc enim qd impo  
 rat formā pdicaf in quale. s. ex hoc qd importat substā  
 tiam pdicaf in qd. r ideo rōne totius pdicatur in qua  
 le quid. ¶ Unde patet differentia predicandi inter quali  
 tatem r dīam. que diuerfitas predicandi sumit a diuer  
 sis modis essendi qualitatē r differentie substantialis. vt  
 ps. Cōtra solutionem questionis arguitur. si pdicari in  
 quid est pdicari per moduz essentie. ergo hec est pdica  
 tio in qd. homo est lapis. ¶ P. si pdicari in qd est pdica  
 re eēntiam per modū eēntie. r illud nō est vniuocū reb<sup>o</sup>  
 diuerfoz genez. qz nec essentia. ergo h<sup>o</sup> particula pdicari



In qd nō cōpetit reb' diuersorū generē. g' nec gen' hic diffi-  
 nitū est vniuocū oib' illis. ¶ R' nō q' p'dicari in qd ē p'di-  
 care cōntiā p' modū eēntie. z h' est vniuocū dato q' essen-  
 tia nō eēt vniuoca. q' sufficit eēntiāz s'it se h'ē h' z ibi ad  
 p'dicari vniuocē. q' p'dicari dicitur habitu dicitur. Uel alr pōt  
 pcedi q' p'dicari in qd est p'dicari p' modū eēntie: z q' l'p-  
 pis vel aliō disperatū nō p'dicaf p' modū eēntie de boie.  
 q' nō p'dicaf de boie. s'm t'n sup'ius. z cōe p'dicaf de p'ten-  
 tis sub illo. z de illis est manifestū q' p'dicant i qd. ¶ Ad  
 p' in oppo' dōm sicut dicitū est sup'ius q' duplex ē qd de  
 spē. s' qd est: z qd p'dicaf: qd p'dicaf est p'pria q'stio in  
 intētionib': z sic uenit rēpōdere p' gen': vt h' diffinit. vt  
 querēdo qd p'dicaf de spē bene rēpōdet gen'. si aut fiat  
 qd cum eē. illa est p'pria in fundamētis. z sic loquēdo de  
 p'dicatioe explicita fundamētū generis p'dicaf de fun-  
 damēto spē in qd. ¶ Ad scōm dōm q' d'ria nō p'dicaf in  
 qd de aliquo respectu cui' est d'ria. sed respectu cuius est  
 genus. sup'ior aut d'ria est gen' respectu inferioris. ¶ Con-  
 tra. q' sic ergo in oī g'ne sūt tria gnālissima. vni spēz. z z.  
 d'ria z ouaz a latere z latere positaz. ¶ P' si d'ria inferior  
 sūt spēz. ergo bz d'riam sup'iorē in se. vt gen' z aliam d'riāz  
 sup'additaz. z illa d'ria pari rōne erit spēz respectu d'rie su-  
 perioris. z ita hēbit aliā d'riā. z illa alia d'ria nō poterit eē  
 in alio genere. q' tūc in g'ne sube nō suba eēt p' suba. sic  
 igit' pcedēdo erūt infinite d'rie in g'ne sube. z ita nihil esset  
 cognoscibile: cū nō eēt deuenire ad p'mā illarū d'riarum.  
 ¶ Dicēdū ergo alr q' d'ria sup'ior. nō p'dicaf p' se p'ri-  
 mo de inferiori. ¶ Ad az. cū dicit q' fissio pedis est qdam  
 pedalitas. nō est itelligēdū q'si sit p'dicatio p' se p'rio z q'  
 d'ria inferior: icludat sup'iorē. s'z vult ibi q' inferior d'z per  
 se diuidere sup'iorē in q'stū h'z. z h'ac diuisione p' se inuit p'  
 illa abstracta fissio z pedalitas. ¶ Ad 3' d'ico q' nihil p'  
 dicaf in qd de illo respectu cui' est accns. s'z respectu cui'  
 est gen'. vt color nō p'dicaf de suba in qd. sed de albedine  
 respectu cuius est genus.

**S**pecies vero quo differat a gene-  
 re z differētia dictus est in eo qd  
 dicebamus quo genus differat a  
 ceteris. z quo differentia diffe-  
 rat a ceteris.

¶ Dic vt dicebat cōparat p'p'ry. spē ad duo v'ia q' re-  
 stant. circa qd duo facit. p'mo p'riuat dicta dicēdis scōo  
 exegit de itēto ibi (spēi vō z p'p'ry) dicit g' spēz quo. i. in  
 quo d'rat a g'ne z d'ria. dicitū est supra cū dicebat quō ge-  
 nus z d'ria d'rat a spē. z ideo sup. dōm ē quō spēz differat a  
 duob' reliqs que restant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Species vero z p'p'ry cōe est de se inuicē p'di-  
 cari. nā si hō est risibile est: z si risibile est. hō ē.  
 ¶ Risibile vero qm s'm id qd natū est d' sepe iaz  
 dicitū est. Equalr. n. sunt spēz in his q' eoz par-  
 ticipāt. z quoz p'pria sūt p'p'ria.

¶ Regit de itēto. circa qd duo facit. p' cōparat spē ad  
 p'p'ry. scōo ad accns ibi (spēi z accns) p'ma ps diuidit  
 in. z. p' cōparat spē ad p'p'ry penes uenientia. z penes  
 d'riā. scōa ibi (d'nt aut) in p'ma p're ponit. z. cōuenientias  
 inter ipsa. ¶ P'ria accipit penes uertibilitatem p'dica-  
 tionis. z est. q' spēz z p'p'ry de inuicē cōuertibilr p'dicant:  
 vt si hō est risibile est z e cōuerso. nō accipiēdo risibile p'  
 actu. s'z p' aptitudine ad actū ridēdi vt sepe dictum est.  
 ¶ Scōa accipit penes eqlitatem p'ticipadi q' ponit ibi  
 (equalr. n.) z est. q' tā spēz q' p'p'ry equalr p'ticipant ab  
 bis quoz sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Differt autē species a p'p'rio. quoniam species  
 qdem z alijs genus esse pōt. Propriū vero z  
 aliāz specierū eē impole est. Et species qdem  
 ante subsistit q' p'p'rium. Propriūz vero post  
 fit i specie. ¶ Pōtet enīz homines eē vt risibile  
 sit. Ampli' spēz qdem semp actu adest subie-  
 cto. Propriū vero aliqñ actu. semp alr po-  
 testate. hō. n. semp actu ē for. hō vero nō semp  
 ridet. quīs natura semp sit risibilis. Amplius  
 quoz termini sūt differētes. ipsa sūt d'ria. Est  
 aut spēi eē semp sub g'ne. z de plib' d'ntib' nu-  
 mero in eo qd qd sit p'dicari: z est h'z. Pro-  
 p'ry vero solū z semp z oi adesse.

¶ Assignat. 4. d'rias iter spēz z p'p'ry. ¶ P'ria accipit pe-  
 nes cōitatē gnālem. z est q' spēz pōt eē gen' alijs spēbus  
 q' vtiq' v'z est de spē itēmedia z subalterna p'p'ry vō  
 ipole est eē pluriū spēz. s'z est vni' t'n. ¶ Scōa accipit pe-  
 nes pōitatē nālem q' ponit ibi (Et spēz qdē) z est q' spēz  
 est nāliter pō: p'p'rio. homo. n. nāl'r p'mo exiit ante q'  
 risibile. ¶ Tertia accipit penes diuersitatē inēndi que  
 ponit ibi (Ampl. spēz) z est q' spēz semp cōicat actū suūz  
 sube. i. idiuūdo p'tento sub spē. p'p'rium vō nō semp. sed  
 aliquādo. vt for. semp actu est homo. nō semp actu ridet.  
 s'z semp sit aptus ad ridēdum. ¶ Quarta accipit penes  
 uertitatem diffiniēdi que ponit ibi (Ampl. quoz) z est q'  
 spēz z p'p'rium d'nt. q' eoz termini. i. d'ffōnes sūt diffe-  
 rētes: qd p'z ex pcedētib'. z h' etiā diuerse eoz rōnes recū-  
 tant z p'z in l'ra. ¶ Sequit illa pars.

¶ Spēi vō z accns cōe qdē est de plib' p'di-  
 cari. ¶ Rare vō alie sūt cōitates. p'p'rietates qm  
 plimū a se differūt accns z id cui accidit.

¶ Ubi cōparat spē ad accns. circa qd. z. facit. p' p'parat pe-  
 nes uenientia. z penes d'riāz ibi (p'p'ry vō v'riusq'z) in p'  
 p're ponit v'nā uenientia t'n. z est q' taz spēz q' accns h'nt  
 h' cōe q' de plib' p'dicant. rare aut. i. pauce sūt eoz cōita-  
 tes: eo q' multū a se distāt accns z subm cui accidit qd est  
 spēz. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propria vō v'riusq'z sunt. spēi vero in eo qd  
 qd est p'dicari de his quoz est spēz. Accns  
 vero i eo qd qle qdā vel quō se h'nt. Et pro-  
 p'ry est vō vnāquāq'z subaz vna spē p'ticipari.  
 plib' aut accns z sepabilib' z isepabilibus.  
 Et spēz qdē an subitelligi pōt q' accntia vel si  
 sūt isepabilia. ¶ P'z aut subm eē p'ri': vt illi ali  
 qd accidat. Accntia vero posterioris g'nis sūt  
 z aduētitiē nāe. Et spēi qdē p'ticipatio ē eqlr.  
 accntis vō vel si sit iseparabile non equaliter.  
 ¶ Ethyops. n. ab alio ethyope hēbit colorē vel  
 intēsus ampli' vel remissum s'm nigredinē.

¶ Ponit. 4. d'rias iter accns z spēz. ¶ P'ria accipit pe-  
 nes diuersitatē p'dicadi. z ē spēz p'dicaf i qd. accns i q'  
 le vel i quō se h'z vt iaz expositū est. s. ¶ z' accipit penes  
 vnitatem p'ticipadi que ponit ibi (z vnāquāq'z subam) z  
 est. q' nulla vna suba participat nomen vniuoca spē. pōt  
 autem participare pluribus accidentibus tam separabi-  
 lib' q' iseparabilibus. ¶ Tertia accipit penes p'iori-  
 tatem nālem que ponitur ibi (Et species qdem) z est q'  
 species est p'rio: naturaliter accidente. etiā si sit accidens

insepabile. os. n. subz pcedere z accntia seg. q' sūt aduētiti-  
 tie nāe. ¶ 4' accipit penes alietatē q' ponit ibi (Et spēi  
 qdē) z ē q' spēz eqlr p'ticipaf. accns vō iēqlr z s'm magis  
 z min'. ē: si sit accns isepabile. v'n. n. ethiops est magis z  
 minus niger alio. ¶ Tunc segtur illa pars.

¶ Restat ergo z de p'p'rio z accntē dicere. quo  
 enī a spē p'p'ry a d'ria differt z a g'ne dicitū est.  
 Comune aut p'p'ry z iseparabilis accntis ē q'  
 p'eter ea nunq'z p'sistant illa in qb' p'siderant.  
 quēadmodum enī p'ter risibile nō subsistit hō.  
 ita z ethyops non subsistit p'ter nigredinem. z  
 quēadmodū omni z semp adest p'p'rium sic z  
 insepabile accidens.

¶ Ubi cōparat p'p'ry ad accns. circa qd duo facit. p' p'parat  
 ipa penes uenientia. z penes d'riāz ibi (D'nt aut) In p'  
 p're ponit. z. uenientias iter p'p'rium z accns iseparabile.  
 ¶ P'ria attendit penes ipolitātē abeēndi. z ē q' ipole ē eē  
 sine p'p'o z accntē isepabili: quoz sūt. vt sic ipole ē hōiez  
 eē sine risibili: sic ethiops sine nigredine. ¶ z' accipit  
 penes sempiternitatē z v'litātē inēndi: q' ponit ibi (Et  
 quēadmodū) z ē q' sicut p'p'ry iest oi z semp. sic z accns  
 iseparabile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Differt aut qm p'p'ry vni soli spēi adest quē-  
 admodū risibile hōi. Insepabile vō accns. vt  
 nigri nō soli ethyopi: s'z ēt coruo z carboni z  
 ebano. z qbusdā alijs. Quare p'p'ry uersim  
 p'dicaf de eo cui' est p'p'ry z equalr. Insepabile  
 vero accns nō uersim. Et p'p'rium equa-  
 liter qdē est participatio. Accntius vero bec  
 qdem magis: illa vero minus.

¶ Assignat. 3. d'rias iter ipas. ¶ P'ria attendit penes mo-  
 dū iessēdi. z est q' p'p'ry t'n iest vni soli spēi: vt risibile  
 hōi: accns vō plib': vt nigredo coruo z ethyopi. ¶ z' atē  
 dit penes modū p'dicadi q' ponit ibi (q're p'p'ry) z est q'  
 p'p'ry p'dicaf uertibilr z eqlr: accns at nō: ēt si sit isepa-  
 bile: z q' ista z' d'ria segit ex p'. iō q'si iserendo dicit (q're  
 p'p'ry) Tertia attendit penes modū p'ticipadi q' ponit ibi  
 (z p'p'ry qdē) z ē q' p'p'ry p'ticipaf ab his quoz est p'p'ry  
 p'p'ry. accntia vō s'm magis z min'. ¶ Ultimo dicit.

¶ Sunt qdē alie cōitates z p'p'rietates eoz que  
 dicta sunt. s'z sufficiant bec ad discretionē eozū  
 cōmunitatisq'z traditionem.

¶ Epilogat circa d'ca. d. q' alie cōitates z p'p'rietates sūt il-  
 loz. s. v'rium q' dicta sūt: s'z ista sufficiūt ad tradēdū distin-  
 ctionē z cōitatē. i. uenientiam eozum.

**Ad euidētiā** oium p'dictoz i isto libro de  
 nūero v'riusq'z v'nā motuo qd  
 nē. v'z v'ia sūt t'n. s. Argit q' nō. q' p'dicari ē p'p'ry v'li g'  
 quot sūt p'dicata tot sūt v'ia. s'z p'dicata ponunt t'n. 4. p'  
 ro. g' zē. ¶ P' p' idē ondit q' sūt t'n tria. q'z ibi nō ponunt  
 spēz z d'ria. g' ista nō sūt v'ia. ¶ P' ondit q' sūt. 6. q'z ibi po-  
 nit d'ffō. g' p'ter ista. s. illō est s'ertū v'le. ¶ P' quot modis  
 d' v'nū oppositoz. tot modis d' r' reliquū. ex p' Topi. sed  
 v'le z singulare sūt opposita: singularia aut sūt ifinita. g' z  
 v'ia. ¶ P' idiuūduū ē v'le. q' p'dicaf de plib' z nullū ē il-  
 loz: vt p'z inductiue. ergo sūt plā q' g'q'z. ¶ P' ens ē v'le  
 z t'n nō ē gen'. ex. 3. meta. p'dicaf. n. p'le de d'ria saltē aliq'  
 nec est spēz: q' tūc h'ēt gen' supra se. nec aliq' alioz v'liū  
 triū: q' ista p'dicant in qle. ens aut i qd. ex. 4. meta. g' zē.  
 ¶ In oppo' ē p'p'ry. ¶ R' nō d'ico q' p' sane itellecta

est certa. q' sūt t'n. s. v'ia: s'z ponit illud diuersimode a  
 diuersis. ¶ Uno mō accipit eoz sufficientia sic. v'le vel  
 significat subam vel accns. si subam. vel totā. vel p'ez. si  
 p'tem vel mālez: z sic est genus. vel formale z sic est d'ria.  
 vel totā subam z sic est spēz: q' spēz dicit totum esse indi-  
 uidoz. Si significat accns. v'le uertibile. z sic est p'p'ry.  
 vel nō. z sic est qntum v'le. cūz igit' nō sit pole significari  
 aliqd dicibile cōuertibile de plib' nisi aliquo illoz g'q'z  
 modoz segit q' nō erūt plura nisi g'q'z. ¶ Cōtra istum  
 modū arguit. p'mo sic. cū v'ia sūt sede itentiōes accidūt  
 reb' p'me itentiōis. s'z nihil p' se distiguit s'm illō cui acci-  
 dit. g' itentiōes nō distinguunt p' se penes res. s'z logic' cō-  
 siderat itentiōes p' se. g' ista diuisio nō est logica. ¶ P' oia  
 v'ia inueniunt in g'ne accntis. vt p'z de g'ne spē z d'ria: z b'  
 alijs duob'. g' male distinguūt v'le s'm eos per significare  
 subam vel accns. ¶ Alio mō daf sufficientia penes ordi-  
 nari. d'f. n. q' liber iste imediate ordinat ad li. p'dicamen-  
 toz v'bi determinat de ordinabili ad li. p'dicamen-  
 toz v'bi determinat de ordinabili in g'ne. z daf sic suffi-  
 cētia eoz. q' ordo pōt eē vel eoz q' sūt in eodē g'ne iter  
 se. vel eozū q' sūt in vno g'ne ad ea q' sūt in alio g'ne. In  
 eodem etiāz g'ne pōt eē ordo direct' s'm sub z supra. z sic  
 sūt duo v'ia. i. gen' z spēz. vel pōt eē ordo indirect'. z sic  
 est d'ria supra spēm indirecte z sub g'ne. In diuersis autēz  
 generib' est ordo accidētū ad subaz qui vel est uertibili-  
 lium vel nō uertibiliū. z sic sūt alia duo v'ia. ¶ Cōtra  
 istū modū arguit sic. s'm q' aliq' sūt ordinabilia s'm sub  
 z supra. in aliquo genere sic sūt p'dicabilia z subyeci-  
 bilia. ergo hic determinat de istis in q'ntū sūt p'dicabilia z suby-  
 cibilia. s'z hoc est falsum. q' v'nū qd'z diffinitur hic per p'di-  
 cari vel per equalens t'n z nō per subyeci. ¶ P' idiuūduū  
 est per se ordinabile in g'ne. ergo s'z nō p'dicēf. p'p'rie t'n  
 esset ponendum hic s'ertū v'le. q' s'm sic dicitēs non agūt  
 hic de istis in q'ntū sūt p'dicabilia. sed in q'ntū sūt ordi-  
 nabilia. ¶ P' sicut accidentia hēbent ordinem ad subie-  
 ctum qd est substantia vel aliqd accidens. ita e cōuerso  
 subm ad accidens. ergo ex parte subiecti possunt accipi  
 duo v'ia penes eius ordinem duplices ad accns. sicut ex  
 parte accidentis. ¶ Dicēdum ergo aliter q' sufficientia  
 istoz penes p'dicari accipit. q' p'dicari diuidit in quid  
 z in quale tanq'z in perse differētiā. iste enim sūt p'imi  
 modi p'dicandi. p'dicari aut in qd est p'dicare essen-  
 tiam subiecti per modum eēntie. i. per modūz substēnti-  
 tis non denominantis. hoc autem uenit dupliciter. vel  
 qd p'dicet totam eēntiam subiecti. z sic est species. si. n.  
 aliqd eēt in essentia idiuūdui p'ter essentiam speciei duo  
 indiuūdua differēt essentialiter. z per differētiāz acce-  
 ptas ab illo qd plus est in hoc q' in illo posset spēz diuidi  
 formaliter z idiuūduum diffiniri. qd est. in cōueniens: vel  
 qd p'dicet partem eēntie. z sic est genus. si enim genus  
 diceret totam eēntiam speciei sufficeret ad d'ffōnez spe-  
 ciei z sup'lueret differentia. P'dicari vero in quale est  
 p'dicari per modum denominantis. qd cōtingit dupli-  
 citer. vel q' aliqd p'dicet essentia subiecti per modū  
 denominantis. z tunc p'dicaf in quale substātiale. z sic  
 est differētia. est enim differētia substātiale qualitas. ex. 5.  
 metaphy. vel cōtingit q' p'dicatur p'dicet accidens  
 per modum denominantis. z tunc p'dicatur in quale  
 accidentale. vel ergo p'dicaf accidens uertibile egre-  
 diens a p'ncipio subiecti. z sic est proprium. vel accidens  
 cōmune. z sic est vltimum vniuocale. nam de tali accide-  
 te intelligit p'p'ryius se intelligere. v'bi ponit diuisio-  
 nem ad declarandum diffinitionem generis. cum ergo  
 p'dicari de plurib' nō p'ingat nisi aliquo istoz modo-  
 rū. s. g' p' se diuidit p'dicari de pluribus: qd est rō ipsius  
 vniuocals. segit q' v'le diuidit t'n in bec. s. ¶ Dec diuisi-





Ad 2<sup>m</sup> dico qd no sunt dfa. qz no sunt aliqd ide entia. i. aliq res lz aliqua intetio. Ad tertiaz dico qd res no est tota ca intetionis. lz tñ occasio. lz in qtu intem mouet. vt actu pideret. itellis est principalis ca. id minor vnitas sufficit in re qd sit vnitas itetionis. r forte qd supponit no est veru. lz q nulla res vnioce coueniat istis. qd dico pp ens de quo dictu est als. Ad 4<sup>m</sup> dico qd aliud est dicere aliqd vnioce pdicari de multis r aliud e ee vnioce pdi catu. i. vnioce pdicari de multis. albu. n. e in se qda vnio uocu qd pdicaf de hoie r equo. mo tñ de eis vnioce pdi cat: denoiatiuu qd p<sup>o</sup> est vnioce. no scdo mo vt ondit ro. vñ pcededa est qd p<sup>o</sup> pdicatu itetionale pdicaf vnio/ ce. vel e vnioce pdicatu de reb<sup>o</sup> pme itetionis. lz aliqd itetionale vnioce lz se pdicaf vt qd de istis. Tertia sclo est ista. liber iste e de. io. pdicamentis vt de subo itel ligedo mo supradicto. in qtu. i. eis attribuit aliq intetio cata ad itellm. hac declaro sic: qz alr non pnt piderari a logico. r illo mo no hnt tñ vnitate analogie. lz et vnio/ cationis. r illud vnioce istis isto mo e aliqd itetionale: qd est h subm p<sup>o</sup>. r pot noiari pdicamentu. vl gnalissimu. qz ppetates qd p se determinant h. de istis determinant in qtu hnt rone pdicamenti vel gnalissimu. Contra ista hnt in ista. qz tuc segt qd de suba qlitate r qritate tñ de terminat h p accis. qz tñ mo fm aliqd qd uest eis p acci dens. i. aliqd itetionale. qz n<sup>o</sup> tale pot p se inee eis. P. nulla passio e h onta d pdicamento vl gnalissimo fm suaz rone. g illud no e hic subm. P. subm h no uenit oi co ceptui formato a p<sup>o</sup> actu ronis. qd vt incoueniens. qz silr liber iste vt ee de ceptui icoplexo. sicut liber pier. de co pler r subm ibi uenit oi ceptui formato a p<sup>o</sup> actu ronis. P. cu gnalissimu vel pdicatus rineat sub vli. segt hac sciaz subalternari libro por. qz sic subm ad subz. ita scia ad sciam. rñs aut vt icoueniens. Ad p<sup>o</sup> istou dico qd no est icoueniens ista tñ p accis piderari a logi co qd metaph<sup>o</sup> p se piderat. Ad 2<sup>m</sup> dico qd in qtu aliq gd itentionale vnioce determinat hic de suba qritate r. put hnt rone gnalissimoz in tñ illud of de gnalissimo pmo. puta diuidi in spes r no hre gentis supuenies. r pdicari vnioce: qd ostendit de suba. r supponit cogni tum de aliq. qz in hoc qd aliq vnioce de multis dicit subiectis no pms in hoc ostendit de subo suo pmo. Ad tertium dico qd enuciatio est pmi subm libri pier. q no of formal pdicatione de oi ceptui formato a scdo actu ronis. lz alia reducunt ad ipsaz. vt ofo impatua: sic etia ois simplex cept<sup>o</sup> reducit ad aliq pdicatu. Ad 4<sup>m</sup> dico qd lz subm sit sub subo. non tñ h scia sumit sua pnci pia ab illa. r id alerz deest qd regrit ad subalternatione sciaz. Sic ad qone. Ad p<sup>o</sup> r scdm ad oppo<sup>o</sup> dicitur est in corpe qonis. Ad tertiu dico qd istoz in se lz non sit aliq ca. tñ respectu suaz passionuz hnt cam maxie respectu itetionaliu passionu q insunt eis in qtu pideran tur a rone. r id lz nihil sit pzi<sup>o</sup> naly eis i se: ram respectu inheretie passionis itetionalis pot eis aliqd ee pus naly. Ad 4<sup>m</sup> r vltimu p se dicitur qd ea q meta. p se cofide rat h p accis piderant. na h per se piderat itetionale appli<sup>o</sup>. io. dcis pdicamentis.

**V**nioce dicitur quoz solum no men coe est. fm vero illud nomen ro substancie diuersa. Liber iste diuidit in 3. ptes pncipales determinando. n. de pdicamentis pmo pra crat qdam antecedetia qd coi noie dicitur ante pdicamenta. scdo qda rcomitantia. vbi directe agit de ipsis pdicamentis. 3<sup>a</sup> qdam pntia que dicitur post pdi

cameta. scda ibi/ Eoz que fm nullaz coplexione tertia ibi/ de oppositis p<sup>o</sup> diuidit in 3. pmo pmititit quasdam diffones seu descriptioes. scdo quasda diuisiones. tertio quasda regulas. scda ibi/ eoz que dicunt tertia ibi/ qñ alerz de altero p<sup>o</sup> prima in 3. pmo ponit diffone equoco rum. scdo vnioceoz. tertio denoiatiuo. scda ibi/ vnio ca vo tertia ibi/ denoiatiua circa p<sup>o</sup>. z. facit. pmo diffone m pponit. scdo eam p ex<sup>o</sup> exponit ibi/ vt aial ho/ Di cir ergo qd equoca dicunt: quoz nome rē. Notadum qd ista notificatio de equocis satis uenienter datur. vbi intelligedum qd equiuocatio dicta actiue dicitur habitudi nem vnus in rone signi ad multa in rone significatoru. r passiue ecouertio. ex quo segtur qd equocuz includit du plice relone r actiue sumptu r passiue. i. habitudinem ad equocas que est relatio supponis. r habitudine ad aliud equocatu que est relatio equipantie. non. n. of celeste sy dus tñ equocu ad canē. lz etia ad aial latrabile: qd z<sup>o</sup> sunt equocata. h aut duplex relatio p se resoluendo nome. Equi uocu. n. of. i. eque vocis. rone pme pris. i. eque of ad aliud qd est eque cu eo. lz rone scdo. i. vocis of ad vocas. ppter ergo relationem equipantie ponit notificatio in plurali: sicut alia h relatiu r diffiniuntur. s. meta. puta filia diffi milia zua rē. lz ppter relatione alia ponit equocuz rlm diffiniri in habitudine: que of ad ipm vocas. est eque sen sus littere. quoz vt signatoz solū nome est coe vt signū. r p sequez (lz rō sube est diuersa) ponit dria equocozū r non sumit ibi rō pro diffone ex genere r ofia. qz prima: genera que no hnt rōnem talez sunt forte equoca in hoc noie ens. lz rō sube. i. eentialis itells est diuersus. r qz equo ca in vno noie pnt in alio vnioceari. r ibi hie eandem rōne: id adiungit fm idē nome. i. eentialis itells equo/ corum est diuersus in qtu de eis of equocas. lz in alio equoce sit itells eentialis eoz idem. Si aut dicatur qd dicunt ponit pro concipiunt. i. sunt conceptus: r qd co ceptus sit de essentia equocoz. pot dici qd est vera diffō r p illam pnam pticulas dicunt. ponit genus. p reliquas vero ponit correlm diffiniri r ofia. Ex predictis patz qualiter ista notificatio aut diffinitio sit intelligenda. r quare equiuoca diffiniuntur in plurali magis qz in singu lari. Deinde cum dicit.

**A**t aial ho: r qd pingitur. Horum enim so lum nome coe est. fm vero nome substancie rō diuersa e. Si. n. qd assignet qd sit vtriusq eozū quo sint aialia: pzia assignabit vtriusqz rōne. Vniuoce ho dicitur quoz nome coe est r fm illud nome eadem est substancie ratio.

Exponit dicta diffone. circa qd. z. facit. pmo iducit exē plu. z<sup>o</sup> pbat dictu. ibi z<sup>o</sup> (Si enim) dicit qd ho. i. verus r q pingit sunt supple equocata. qz hoc nome aial solum est eis coe. rō aut sube fm illud nome e diuersa. qd pbat postea. qz si qd assignet vtriusq eozū qd sit. i. diffinitiu quo. i. h sit aialia pzia assignabit vtriusqz rōne. i. diffone. Notadum qd si homo verus r homo pictus diffiniant fm qd sunt aial. diuersas hnt diffones. quia homo verus dicit substancie aiata sensibilis. homo vero pictus figme tum vel similitudo eius qd est substancie aiata sensibilis: aut aliqd hz: que sunt rones diuerse: licz nomen sit idēz. Videtur aut qd exemplum non sit ueniens. quia si aial equiuoce coueniat homini picto r vero pari rone qdlibz nomen erit equocum vere nature r eius similitudini. r ita ois ppo erit distiguenda r nulla vera simplr. silr h vide tur esse fallacia fm qd ad simplr. dicendo homo pictus. ergo homo. r no equocationis. Dicedum qd Ari. non

intelligit h nome aial esse equocu ab hoiez vtz r pictu: lz si ee: manifestu eet tibi qd solu nome eet coe r diuersa rō: sic coiter of qd de exēplis no multu curat nisi qd sint va vt seruunt ad ppositu: hoc est qd ars sua sit va in eis.

**A**d maiorē euidētia pdictoz qrit de diffone ne equocoz vtz sit uenienter assu gnata. vt qd no. pmo ex pre diffinita. qz nullu coeretū hz diffone: qz nec hz gen<sup>o</sup>. ex 3<sup>o</sup> Topi. lz diffinitū hic est coe retū. g rē. P. plurale nihil aliud est qz singulare ge minatū lz pstantū. g equoca no sunt alud qz equocuz r equocu. sed totū copulatu no est diffinibile: qz no e vni. copulatio. n. vult poni iter diuersa: Et p 3<sup>o</sup> h mi. 6. Topi. g rē. P. No pot gen<sup>o</sup> nec ofia. gē diffō. rna valer. 6. Topi. g rē. P. Contra pticulas arguit. Pmo sic. si equo ca dñr. g sit voces: qz vocis est dci p se: lz voces sunt noia. g no sunt quoz sit noia. g p<sup>o</sup> pticula. i. dñr. r scda. i. quoz sunt noia repugnāt. P. Si solu nome est coe. g nihil aliud. h segt ex intellectu exclusiois. g supfluit pos tea addere. r rō diuersa. P. Equoca no diffiniunt. qz diffō est vnioce. g no habet rōne sube. i. diffone subalez seu eentialē. g nec est eoz rō sube eadē nec diuersa: quia nulla. r h lz illud nome lz qd sunt equocata: cu<sup>o</sup> tñ oppo<sup>o</sup> ponit in diffinitioe. In oppo<sup>o</sup> est Ari. Rñdeo r of co qd ista notificatio seu dñō est uenienter data de equo cis equocato eadē eo mo quo exposita est supra in sententiado. Ad p<sup>o</sup> argu<sup>o</sup> dico qd cretū hz genus r drias: respectu quoz est qd: lz respectu sube sit denoiati uuz r cretū: qz in oi gñe est reperire qd ex p<sup>o</sup> Topi. r sic p illa sui gñis pot diffiniri. Ad 2<sup>m</sup> dico qd oia relatiua epperatū diffiniunt coiter i plal: qz sic eoz intellect<sup>o</sup> est magis finit<sup>o</sup> in qtu denoiat vtriusqz extremū. qd aut dicit pscian<sup>o</sup> de plal itelligedū e de nā rstructiois. no quo ad vitate forme significate. Ad 3<sup>m</sup> dcedū qd no est vera diffō. vel qd ibi e gen<sup>o</sup> r ofia exponedo lras. vt pdictū e. Ad 4<sup>m</sup> dico qd diffō of de equocatis r no segt. illa di cunt. g sunt voces. qz cept<sup>o</sup> e of r p voces: vñ si duo ex primat p diuersas voces eudē ceptū dicit<sup>o</sup> qd idē dñr. expdat of dñr. i. ceptū. Ad 5<sup>m</sup> dico qd si solu. referē ad equocas ad qd diffinitū referē lz relationē supposi tiois: r sequēs. i. rō sube diuersa referē ad equocata in se: r ita no pnt ad idē. Ad vltimū dcedū qd h itetio equiuoca put sumit p equocatis: vnioce est: r ita potest diffiniri. lz illa qd inest bec itetio non sint vnioce nec diffinibile sic h itetio. gnalissimu. e diffinibile r diffinif a por. lz illa cui test h itetio si diffinif. Deide cu dñr.

**V**niuoce ho dicitur quoz nomen comune est: r scdz illud nome eadē est substancie rō.

Ponit scdz di fone. circa qd. z. facit. pmo diffinitione pponit. z<sup>o</sup> ea exponit ibi/ vt aial ho/ dicitur qd vnio/ ca dicit quoz nome rē. Notadū qd ista notificatio e ueniens: r pot uenienter itelligi de vnioceatiz sic: vni uoca sit quoz nome est coe rē. no vt signatoz e nomen vnioceatiz coe: qz illud nome no significat aliqd vnio ceatū: lz quoz vt pteoz sub vnioceate e nome vnioce atiz coe. r rō sube vnioceatiz eadē lz illud nome vnio ceas: r tuc nullū vnioceatū vnioceas e denoiatiuu respectu euidē: qz rō denoiatiua no e rō subalis dnoiatiz. Silr pot itelligi de vnioceatib<sup>o</sup> sic. vnioceatia sunt quoz no me vt ps totū coe e vnioceatiz r rō sube vnioceatiz est eadē vnioceatiz. lz illud nome: no sic at itelligi pot diffi nitio de equocatis: qz illoz no e nome: cu<sup>o</sup> nihil sit equo cas nisi sola vox: silr no hnt aliqz diffone. g nec diuersaz nec eadē. lz nullū illoz ipedit hac diffone itelligi de vni uocatis: qz illoz e nome: r qz no solu nomen vnioceat.

ista hnt eadē rōne sube. Ari. tñ magis vt itelligere d vni uocatis. dñr. n. ifra vt aial ho atqz bos coi. n. noie vtraqz aialia nūcupant: qd manifestu est de vnioceatiz. r sub rō ne eadē sigs assignet vtriusqz rōne qd sunt in eo. qd sunt aialia eadē assignabit vtriusqz rōnem: quod similr ma nifeste refertur ad vnioceata.

**A**t aial ho atqz bos. coi. n. noie vtraqz aia lia nūcupant: r e substancie rō eadē. Sigz. n. assignet vtriusqz rationez qd vtriusqz sit: in co qd sunt aialia eadē assignabit rationem.

Exponit p exēpla dicta diffinitione. Circa quod duo fa cit. pmo inducit exemplū. scdo pbat dictum ibi/ (si eniz quis) r patet quod dicitur ex predictis.

**A**d maiorē euidētia pdictoz qrit de diffone vnioceoz vtz sit ueniens. arguit qd no. qz albu pdicaf de hoie r equo lz eadē rōne. alr. n. eet equocu. r tñ no est vnioceatū pdicatu respectu illoz. qz est denoiatiuu. Silr ar. de oi pdicatu denoiatiuo r maxie de itetioibus. qre h pdica<sup>o</sup> gen<sup>o</sup> of r eadē rōne de suba r qritate: r tñ no est vnioceatū: qz est denoiatiuu. qz denoiatiuu r vnioceatū sunt oppositi modi pdicadi sic vnioceatū r equocu. P. Oia equoca hnt idē nome. i. h nome equoca r eadē rōne sube. i. eentialē lz illud nome. i. rōne equocoz. g si dicta diffō eet ueniens oia equoca eent vnioceatū. qd est falluz. qz oppositu pdicaf de oppo sito. P. Quoz eentialr rō est eadē ipsa sunt eadē eent tialr. lz vnioceatū vnioceatū hnt eadē rōne sube vnioceat iz. g oia vnioceatū eent eadē eentialr. qd est falluz: qz sic ho r asin<sup>o</sup> eent idē eentialr. In oppo<sup>o</sup> est Ari. Rñ deo r dico qd ista notificatio aut dñō est ueniens si itel ligat vt exposita est. Ad p<sup>o</sup> argu<sup>o</sup> dico qd ho r equus no sunt vnioceata sub albo: nec qñqz alia sub albo pdi cato denoiatiuo: qz vnioceatū sunt quoz nomen est coe r rō sube vnioceatiz est eadē: qz rō sube est eis rō sube: lz no pzia: sicut rō aialis est eentialis boi r equo. lz nullū eoz sit ppa: sic g ois itelligi qd rō sit eadē r eential vnio ceatiz: qd no e vtz de denoiatiuo: qz rō vnioceatiz de/ noiati no est rō sube denoiantis. vñ ifra. ca. de suba. dicit qd albu pdicaf de corpe. rōne rō albi de ipso pdicari est iposibile. qd est itelli<sup>o</sup> ita qd illa rō sit rō corpis. Ad 2<sup>m</sup> dicit duplr. vno mo pcededo hnt qd oia equoca sunt vnioceatū: nec pdicaf oppositu de oppositu sic nec h gen<sup>o</sup> est ipes. vt dñr est in por. qdlibet eni illoz pot accipi vt qd aut vt modus. r vni vt modus of de altero vt e qd. Alio aut mo of qd no segt. equoca hnt h nomen coe equocu r rōne sube hui<sup>o</sup> nois eadē. g hnt idē nome r eadē rōne. lz est fallacia lz qd ad simplr: qz hie hac rōnez eadē est hie simplr diuersaz rōne r lz qd eadē: sicut ue nire in dria e uenire lz qd r differre simplr. Ad 3<sup>m</sup> dico qd quoz e rō ppa r copleta eadē ipsa sunt eadē eent tialr. lz vnioceatiz no est rō ppa eadē: lz sit eis rō eadē vnioceatiz: qz tñ rō nullū est. ppa vnioceatiz.

**D**enominatiua ho dñr qñqz ab aliquo so lo differentia casu secundū nomen habet ean dem appellationem. vt a grāmatica grāmati cus. r a fortitudine fortis.

Pōit. 3. diffinitione circa quod duo facit. pmo diffō ne pponit. z<sup>o</sup> ea exponit ibi/ vt a grāmatica Dicit qd denoiatiua dñr qñqz ab aliquo pncipali r abstracto lz nome hnt appellatione ofia ab ipso solo casu i sola eadē tia aut cōcernētia sine pcretionē. i. ad subz postea expōit p exēpla. vt a grāmatica of grāmaticus. a fortitudine for tis. Notadū qd denoiatio sumit pzie r iproprie: sicut



large ad denoiationē pprie dictā q̄ntū ad plenā rōnē ei? f3 qd vñ sunt p̄bi de ea duo regunt. s. uenietia vocalis r participatio realis. uenietia vocalis: ita. s. q̄ illud de noian cōllet cū eo a quo denoiat in p̄ncipio nois. r dñf ferat fm sine eiudē nois: sicut se bz ad iustitiā iustus: ad v̄tute virtuosus. regit etiā z° participatio realis: ita. v3. q̄ denoiatiū participet reali q̄litate a qua denomiā: sicut iustus participat reali iustitiā. sic aut non denoiat studiosus a virtute: vñ si dicat studiosus q̄ bz virtutem B nō dñ ppe denoiatiue. s3 magis etimologicē f3 dñm. in logi. sua. ca. z. Alio denoiatio dñ iproprie r extēso noie p q̄cūq̄ denoiatiōe siue nūcupatiōe q̄ tribuit ali cui ex q̄litate qua dñ eē talis: f3 q̄ vulgariter dñ q̄ a fine denoiandi est vñūq̄q̄: r q̄ vñūq̄q̄ d3 denoiari a nobiliōi r notioi: r hoc mō q̄cqd dñ de aliquo tale aut q̄le pōt dici q̄ denoiatiue dñ ab eo: r sic studiosus denoiatiue dñ a v̄tute iproprie loquēdo. p3 q̄ ad denoiatiōē p prie dictā atredif participatio realis r uenietia vocalis. mō dicto. ad denoiatiōē aut large acceptā attendif forlūmō participatio realis: hoc p3 p dam. vbi supra. r pōt haberi a p̄ho iferius. ca. de qualitate.

**Ad maiorē** euidentiā pdictorū q̄rit de diffōne denoiatiūorū v̄tpe differāt solo casu. i. sola cadētia ad subm a p̄ncipalib⁹ a q̄b⁹ hnt denoiatio nē: an differāt in significatiōe. Et B est q̄rere an denoiati uis idē significat q̄d abstractū. s. formaz tñ. vel aliud vt sub3. Et ar. q̄ significat sub3: q̄ significare ē itellectū cōf stinere. ex p̄mo pbier. ca. de v̄bo. nomē xcretū platiū cō stinuit itellectū sub3. q̄ illud significat. p̄batio mī. q̄ p̄sti nit itellectū accētis. r illud ipole est itelligi sine sub3. Tū q̄ ipole est ip̄3 sine sub3 eē. vñūq̄q̄ sic se h3 ad eē tra ad vitatē. i. ad cognitionē verā. ex z° metba. Tum q̄ suba ē p̄m oius cognitōe. ex. 7. metba. ḡ nibil signaf sine illa. p̄ B ē p̄bat q̄ sub3 p̄ signaf: q̄ illud p̄mo itelligit plata voce. q̄ accētis nō pōt eē siue itelligi sine illo: r illd est pus cognitōe ip̄o accētis. C. P. Idē significat nomē r diffō. ex. 4. metba. rō quā significat nomē est diffō. sed diffō xcretū h3 in se subm r accētis: q̄ accētis diffinif per sub3. ex. 7. metba. ḡ significat v̄tūq̄. C. P. Dicitio ex clusiva excludit q̄d3 q̄d est ex p̄ se significatiū terminī. s3 addita termino xreto nō excludit sub3. ḡ rē. p̄batio mī. sic dīcēdo. tñ albū currit. nō excludit cōp̄: q̄ seq̄. tñ albū currit: ḡ albū currit. r v̄tra. ḡ corp⁹ currit. ḡ a p̄ ad v̄tū: s̄ tñ albū currit. ḡ corp⁹ currit. C. P. 7. metba. dñ q̄ in dictis f3 accētis nō ē idē q̄d qd est cū illo cui est p̄p̄ duplex significare vt musicū r albū. ḡ b3 significat duo. C. Cōfirmat p̄ comē. p̄ p̄by. r. iz. metba. vbi vult q̄ nomē xcretū significet formā r susceptiū. C. In op̄positū ē Ari. B. r ifra. c. d. suba. vbi dñ q̄ albū nibil signifi cat p̄ter q̄litate. C. Rādeo. In ista q̄one p̄ p̄oef. 3. z. ad def. e. de clatio. C. Quātū ad p̄. 3. est ista. q̄ denoiatiua differūt solo casu a p̄ncipalib⁹. r nō in significatiōe: q̄ ab stracta nō significāt suba. ḡ nec denoiatiua: hāc p̄ho sic. q̄ si xcretū significat sub3. ḡ ista. albū est lignū. eēt p̄ se: q̄ sub3 quo ad suū significatiū natū eēt f3 se supponere. r pdicatiū eēt de eētia sub3: q̄ tñ ē falsuz. ex. z. postert. vbi ista dñ eē p̄ accētis. C. P. Si xcretū significaret sub3 tūc nō diffiniret p̄ additamētū. q̄na p3: q̄ tūc q̄cqd po neret in ei⁹ diffōne eēt de rōne ei⁹ eētiali. q̄nō aut est 3. Ari. 7. metba. C. P. Impole ē reb⁹ diuerforū genex ge neralissimo: eē aliq̄ rōne sube cōez. ḡ nomē significās talia duo nō pōt eē vniūcū: s3 sub3 r accētis sūt diuerforū genex. ḡ si xcretū v̄tūq̄ significet eēt simplr eguocuz. q̄d nō vt uenietis: q̄ tūc illa p̄p̄ nō eēt simplr vera in q̄ pōeret xcretū: nulla ē in eis eēt dicitio: nulla q̄na. p̄f

sio ē nō posset demonstrari de suo subo cū sit xcretū: r in demonstratiōe nō est aliqd eguocū. ex p̄mo posse. hoc at oia vident icōuenietia. C. Quātū ad z° est itelligēduz q̄ l3 accētis nō sit sine subo. est tñ in se q̄dā eētia disticta ab eētia sub3. l3 nō adeo p̄fecta. nā in oī ḡne est rep̄re qd. ex. p̄ topi. Silr nisi eēt eētia disticta in se a subo non eēt p̄ se in alio ḡne a subo. q̄d ē manifeste falsuz: q̄libz at eēt tñ uenit sub p̄pa rōne itelligere: r sic significare. r tali mō itelligēdi cōrideret modus significādi xcret⁹. sic igit eadē eētia itelligit sub v̄tūq̄ mō itelligēdi. sic idē significat p̄ xcretū r abstractū nomē. sed diuerso mō si gnificādi. r p̄p̄ istū modū significādi dñ forte sub3 cōitel ligi. nā tāq̄ illi itellectui p̄ se itranē: s3 tāq̄ illd ad q̄d de p̄derit illud itellectū sub tali mō itelligēdi. C. Dīcēdū ḡ qd q̄onē q̄ xcretū. nō significat sub3. s3 tñ formā. C. Ad p̄m in oppo dīco q̄ sic aliqd x̄stituit itellectū aliau: sic si gnificat illud: nomē at xcretū nō p̄ncipalr x̄stituit itel lectū sub3. sed tñ ex B q̄ illud cui p̄mo itellectū x̄stituit sub tali mō itelligēdi depēdet ad sub3. ita significat ip̄ suz: B est ex tali mō significādi dat itelligere: q̄d nō est si gnificare. vt nūc loqm̄r de significatiōe: q̄ est rep̄sentatiō aliau: ex ip̄positiōe. C. Ad p̄bationē mī. cū dñ. ipole ē accētis itelligi sine subo. v̄tpe ē. ita q̄ li sine subo. dicat mo dū itellectū. Alio pōt accipi vt dicat modū act⁹ itelligēdi sub B sensu ipole ē itelligere accētis sine B q̄ sub3 itelli gat: r tūc pōt r̄ideri f3 pdicta vbi sub3 itelligit nō vt p̄ se itra itellectū accētis: s3 vt id ad q̄d depēdet itellect⁹. r se significat. C. Lū obycif q̄ sub3 p̄ significat. q̄ illd p̄mo itelligit p̄ voce. pōt dici q̄ aliqd p̄ itelligi p̄ voce ē duplr. aut sine quo nō: aut ex itētiōe iponētis. C. P̄rio mō pōt sub3 itelligi p̄. q̄ sine quo nō itelligit accētis. z°. nō itelligit sub3 p̄. sic p̄ hāc voce bō p̄ itelligit aial tāq̄ sine quo nō itelligit hō. sed nō p̄mo quo ad itētiōe ipo nētis vel p̄ferētis. C. Ad z° dīco q̄ est duplex diffō. vna simplr q̄ est hntis q̄d qd est simplr vt sube. r ista diffō tñ h3 gen⁹ r dñaz q̄ sunt itranēa p̄ se de itellectu sp̄i. r d illa est ma. vera. r p̄batio eiudē. 4. metba. Alia est dif finitio p̄ additamētū. vbi. s. aliqd addif p̄ter eētialia dif finiti r talis ē accētis: q̄na. accētia nō cogitunt cōplete si ne subo: r diffō dñ cā cōplete cognitōis h̄nde. iō nō dif finitunt sine subo: s3 q̄ talis diffō aggregat in se aliqd. nō de eētia: iō plus significat q̄ nomē diffinitū. de tali nō ē ya ma. nec ei⁹ p̄bō. C. Ad 3° dīco q̄ ma. ē falsa q̄n q̄d i cludif cōparat ad reale pdicatiū. tūc. n. nō excludit nisi diuersuz ab eo respectu pdicati: q̄ s̄ncat h̄ogozemata dī sponit sub3 i cōparatiōe ad pdicatiū. respectu autē pdicati realis nō ē sub3 diuersuz ab accētis xreto. iō si excludit. vñ dñ cō iter q̄ exclusio nō sp̄ excludit aliud f3 eētia: s3 f3 eē: q̄d maxie ē v̄tpe respectu realis pdicati. C. Ad au toritatē Ari. itelligit de boie albo r h3 de gbus p̄positū dubitationē in p̄m c. illa. n. sunt entia f3 accētis f3 ip̄3 in 5. metba. C. Ad autē comē. itelligēdū ē significare extē siue p̄ dare itelligere: q̄ alr eēt h̄ri⁹ sub3. in. 5. metba. vbi oppo v̄ velle. C. Si q̄rit q̄r dīcte diffōnes valeāt ad p̄p̄: dīcēdū q̄ ea q̄ sūt in pdicamto p̄nt cōparari ad illa q̄ sunt sui ḡnīs vel alteri. si p̄ mō. sic ordinant f3 sub r supra. r oia supiora vniūce de iferiorib⁹ pdicant: si z° mō sic pdicant de seiuicē dnoiatue. scire ḡ oz qd fit vni uocū r qd denoiatiū. de eguoco at determinat p̄oppo sitionē ei⁹ ad vniūcū r vt talis pdicatio caueat.

**De** subo q̄ dicitur: alia q̄dē sc̄bz cōplexione dñr: alia p̄o sine cōplexiōe. r ea q̄ sc̄bz cōplonez dñr sunt vt hō currit. r hō vincit. Et q̄

vero que sine compleione dicuntur sunt vt homo bos vincit currit. C. Postq̄ p̄b̄s p̄misit q̄dā dīffōnes. nūc ponit q̄dā dñi fides: r sunt due. q̄z sc̄bz ponit ibi (Eoz q̄ sunt) Circa p̄ mū. z. facit p̄ p̄mittit diuisione. z° subūgit de clationez. ibi. (Ea q̄ f3) dicit ḡ q̄ eoz q̄ dicunt. i. x̄cipiunt vel etiā p̄ferunt. alia dñr f3 cōplexione. i. cōpositionē aliquoz adiūcē. alia sine cōplexiōe. C. Postea declarat p̄ exēpla: q̄ dīcēdo. hō currit. r hō vincit. illa dñr f3 cōpōnē. r hō se oruz r bos r vincit silr seozuz dñr sine cōplexiōe. C. No tādū q̄ ista diuissio p̄ tāto ē ad p̄p̄: q̄z res exites in p̄ dicamto seozū accepte dñr icōplexiōe. r iūcte v̄o adiūcēz faciūt cōplonē. r r̄ider ista diuissio duplīcī actū itellect⁹ 3. de aia. quoz v̄nus est itelligētia icōplexoz. z° autē est cōponere r diuidere icōplexa. C. Deinde cū dicit. C. Eoz p̄o q̄ sūt alia de subiecto quodā dñr in subiecto p̄o nullo sunt. vt hō de subo qdem dñ aliquo boie. in subiecto p̄o nullo est. C. Ponit sc̄bz diuissione q̄ ē q̄rimēbz. iō p̄ ps diuidit 1. 4. f3 q̄tuo: mēbz diuissio. z° p̄oif ibi (alia v̄o i subo qdē) 3. ibi (alia v̄o r i subo sūt) 4. ibi (alia v̄o neq̄) dīc ḡ q̄ eoz q̄ sūt. i. x̄cipiunt r q̄ sūt f3 rōnē. alia dñr de qdā subo. i. pdicant eētialr de aliq̄ iferorib⁹: i subo at nō s̄: vt hō dñ de aliq̄ boie subo. in subo at nō ē. C. Notā q̄ vt dicebat. s. in p̄o. eē i. vt diuidit 3 dīc i. loco illo ē no mē z ip̄m̄is. r significat eē i. pdicationē eoz q̄ sūt ex eēt riā sub3 r alteri⁹ ḡnīs a subo. sic pdicant designat p̄p̄riā p̄ dicationē eētiallū q̄ sūt i eodē ḡne cū subo: quō supiora de iferiorib⁹ pdicant i eodē ḡne. r B mō manifestū est q̄ hō r q̄cūq̄ v̄tia in ḡne sube dñr de. r non sunt in. C. Alia at i subo qdē sūt. de subo at nullo dñr. In subo at eē dīco q̄d cū sit i aliquo nō ē sicut qdā ps r impossibile ē eē sine eo i quo ē: vt qdā gramatica i subo qdē ē i aia. d subo p̄o nullo dñ. r qdā albū in subo qdē est corpe. ois. n. color in corpe est. de subiecto aut nullo dicit. C. Ponit z° mēbz. circa qd. 3. facit p̄ p̄oif itētū. z° expo nit qdā dñr ibi (i subo at) 3. adduc exēplū ibi (vt qdā) Dicit ḡ q̄ alia sūt q̄ de nullo subo dñr. sūt tñ i subo. C. Po stea expōit qd dñ p̄ eē i subo: dīcēs q̄ illd dñ eē in subo qd ē i aliq̄ nō sic ps ei⁹. ipole ē tñ eē sine illo in q̄ est: r ille est modus eētis accētis i subo. C. Alteri⁹ qd dixerat expōit p̄ exēplū in idiuiduis accētū. vt qdā gramatica ē i aia vt in subo: r qdā albū in corpe. q̄ ois color ē in corpe. nul lū tñ hōz dñ de subo. q̄ idiuiduū nullū h3 iferi⁹ de quo essentialiter dicitur. C. Deinde cum dicit. C. Alia p̄o r de subo dñr. r i subo sūt. vt scia i subo qdē ē i aia. d subo p̄o dñ vt d gramatica C. Ponit 3° mēbz dī. q̄ alia sunt q̄ sunt in subo r dñr de subo vt ḡnāl v̄tia accētū vt scia ē in aia vt in subo r dñ eētialr de gramatica vt de subo. C. Deinde cū dicit. C. Alia p̄o neq̄ in subo qdē sūt. neq̄ de subo dñr. vt aliq̄ hō vel aliq̄ equus. Nihil. n. bo rñ neq̄ in subo est: neq̄ de subiecto dicit. C. Pōit 4° mēbz. circa qd. z. facit p̄ expōit itētū. z° ifert corle qdā v̄tes regulā ibi (simplr at) dīc ḡ q̄ alia sūt q̄ nec dñr de subo nec sūt in subo. vt generalr oia idiuidua de ḡne substātie. verbi gratia. aliq̄s homo aliq̄s equus. C. Simplr at q̄ sūt idiuidua r numero singu larua de nullo subo dñr. i subo at nihil pbibz

ea esse. Quedā eni gramatica in subo est. C. Infert vna ppone vlez ex dictis dices q̄ simplr. i. v̄t oia idiuidua r nūero singularia de nullo dñr subo. tñ ni bil pbibet ea eē in subo. rō p̄m̄i est: q̄ nullū idiuiduū h3 aliq̄ iferi⁹ sub se: de q̄ vt de subo eētialr dīcat. rō sc̄bz ē q̄ aliq̄ idiuiduū ē de ḡne accētis: qd oz eē in subo. vt q̄ dā gramatica ē in subo. C. Notādū q̄ ista diuissio p̄ tāto vt valere ad p̄p̄: q̄z ex ipsa h̄f modus pdicādi eoz q̄ i pdicamto sūt: siue cōparent mutuo in eodē ḡne: q̄ sic dñr de. vel nō. Siue in diuersis ḡnibus: q̄ sic sunt in. v̄t nō sunt in. vt ps ex pdictis. C. Sequitur illa pars. C. Qñ alter de alio pdicat vt d subo q̄cūq̄ d eo qd pdicat dñr oia h r d subo dñr: vt hō d quodā boie pdicat. aial v̄o d boie. ḡ r d quo dā boie aial pdicabit. qdā. n. hō r hō ē r aial. C. Ubi pōit. z. regulas. q̄z z° pōit ibi (diuerforū genex) p̄ ps diuidit in. z. p̄ pōit itētū. z° exponit p̄ exēplū ibi (vt hō pdicat) qdā. n. hō r est hō r aial. C. P3 aut q̄r regu la deseruiat ad p̄p̄: q̄z ex ipsa h̄f habitudo r ordo eoz q̄ in eodē pdicamento ponunt fm sub r supra.

